UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretvm De aquis, per Ecclesiarum, Clericorumq[ue] agros ducendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

Perciò commandiamo con queſto noſtro Editto à ciaſcuna perſona tanto Eccleſiaſtica quanto ſecolare, di qual ſi voglia, grado, ſtato, e conditione che ſi ſia, informata ò per rogito d'inſtromẽti, ò per hauerlo vdito dire, ò per qual ſi voglia altra notitia che habbi di dette inſtitutioni, ò legati fatti à pie cauſe dal detto anno 1570. à dietro, li quali non ſiano fin quì ſtati adempiti, & effettuati; debba ſotto pena di eſcommunicatione, da quale non poſſa eſſer aſſoluto, ſe non da ſua Santità, ò da noi; nel termine di giorni 24. proſſimi dopò la affiſſione del preſente Editto; de quali ne aſſegniamo otto per il primo, otto per il ſecondo, e gli altri otto per il terzo, & vltimo perentorio termine, hauer notificato, quelli che habitano nella Città in mano del Cãcelliero noſtro infraſcritto, e quelli che ſeranno nella dioceſi in mano del Notario deputato dal Vicario foraneo del luogo oue ſarà publicata, le inſtitutioni, e legati pij ſudetti, con la eſpreſſione de nomi, cognomi, habitatione de teſtatori, ò altri che habbino diſpoſto; gli heredi d'eſſi, ò altri che ſiano tenuti ad eſſequirli; i beni obligati per le cauſe ſudette; le qualità, e quantità de legati e carichi; i nomi de Notari, che ne ſono rogati, & tempo de rogiti; & in effetto darne tutta quella maggior chiarezza che ſaprãno, e potranno.

Commãdiamo in oltre à tutti gli Arcipreti, Preuoſti, Rettori delle Chieſe ſi Collegiate come Parochiali di queſta noſtra Città, e dioceſi, che in virtù di Santa obedientia, eſſendo loro ciò impoſto, debbano nel tempo che in giorno di Feſta ſi celebraranno li diuini offi cij, e mentre ſarà maggior numero di popolo nelle lor Chieſe, publicar il preſente noſtro Editto, e con ogni charità eſſortar tutti i fedeli Chriſtiani dell'vno, e l'altro ſeſſo à far le ſudette notificationi, à fine di non incorrere in eſcommunicatione.

Et accioche queſto noſtro Editto veriſſimilmente venghi à maggior notitia di ciaſcuno, vogliamo che ne ſia affiſſa vna copia alla Chieſa noſtra Catedrale, vna al noſtro Palazzo Archiepiſcopale, & vna à ciaſcuna Chieſa Collegiata sì della Città come della dioceſi noſtra. In quorum fidem, &c.

Dat. ex Palatio noſtro Archiepiſcopali Mediolani die Lunæ. 5. Maij. 1572.

Carolus Card. Borromæus Archiep. Mediolani.

DECRETVM

De aquis, per Eccleſiarum, Clericorumq; agros ducendis.

Io. Baptiſta Caſtellius Protonotarius Apoſtolicus, & Canonicus Bononiẽſis, Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Caroli Cardinalis Borromei Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi Vicarius Generalis, &c.

QVONIAM ad noſtras ſæpenumero aures deuenit, & ad aliorum huius Curię Archiepiſcopalis Miniſtrorum deueniſſe intelleximus, Laicos homines huius Ciuitatis, & Dięceſis Mediolanenſis ęgrè admodum ferre, Clericos, Eccleſiarumq; Rectores, Adminiſtratoreſve, cum eis pro ſua, Eccleſiarumve ſuarum vtilitate aquam pro irrigandis agris ducere placuerit, Laicos ipſos etiam inuitos, ad propriorum prædiorum alienationem pro alueo aquæductuve faciendo ſtatutorum, ac conſtitutionum Mediolanen. iure cõpellere; ipſos verò Clericos Laicis hominibus ob ſimilem aquarum deriuationem tranſitum in Eccleſiæ ſolo petentibus ſæpè denegaſſe, & denegare: Conſiderantesque hac in re non de Eccleſiæ, eiuſve Miniſtrorum damno, ſed vtilitate euidenti agi; tum ex eo, quòd Clerici à Dominis aquarum per agros Eccleſiæ decurrẽtium facultatem ipſos agros irrigandi facilè obtinere poterunt, ex eaq; irrigatione redditus Eccleſiæ facilè augebuntur; tum etiam ex pretio, quod ex predij parte conſequentur, quæ pro ipſius aquæ alueo faciendo alienabitur; ex quibus fortaſſe cauſis nonnullos tam ſæculares, quàm regulares Clericos ius hoc per fundos ſuos aquæ ducendæ, aliàs ſpontè animoque libenti

laicis

laicis hominibus quandoq; conceſſiſſe, atque ob id partem fundi Eccleſiaſtici ipſarum aquarum dominis vendidiſſe intelleximus.

Idcirco his, atque alijs præterea cauſis animum noſtrum mouentibus, volenteſq; hac in re æquitati inhærere, decernendum duximus prout decernimus.

Vt cuicunque Eccleſiaſtico, Laicove homini ius aquæ ducendæ, aut deriuandæ vndecunq; habenti, ipſam aquã per agros cuiuſcunque Eccleſiæ, ipſorumve Clericorum (eo tamen loco ex quo minus damnum incommodumq; ipſi Eccleſiæ irrogetur) deriuare, eaq; omnia, quæ pro huiuſcemodi deriuatione neceſſariò facienda erunt in ipſis agris, aut ſubtus, aut ſuper rugias, aut aquæductus ipſius Eccleſiæ facere liceat.

Si tamen antea ipſius Eccleſiæ Rectori, Adminiſtratorive, aut quocunq; titulo eam poſſidenti verum pretiũ agri ob id alienandi, quartaq; pars vltra ipſius pretij æſtimationem, ac dãni, quod Eccleſiæ ob id inferri poſſe veriſimile erit, arbitrio duorum in hac re peritorũ communiter electorum ſolutum ſit: quibus in æſtimatione diſcordantibus, vel de communi partium conſenſu tertius adhibeatur, vel ab Ordinario detur, cõſenſuq; maioris partis ipſorum omnis difficultas dirimatur.

Siq; prꝫterea prouiſum fuerit, ne etiam futuris temporibus reliqua Eccleſiæ prædia, per quæ aqua ipſa decurret, ex aqua ducenda, etiam tempore quo ex pluuijs augebitur, inundentur, aliudve damnum patiantur; atq; etiam cum ſubtus, vel ſuper rugias Eccleſiæ aqua ducenda erit, Eccleſiæ cautum ſit, nè aquæ ſuperiores ipſius Eccleſiæ in inferiores decidant, aut alueus aquę præter ſolitum eleuetur, aut ob id ſolitus aquæ decurſus aliqualiter impediatur.

Iſque prꝫterea, cui aquæ deriuatio conceſſa erit, pontes, aliaque ædificia, quæ huic rei neceſſaria erunt, etiam lapidea, proprijs ſumptibus facere, & manutenere teneatur.

Ne tamen pretium, quod ex agro Eccleſiæ ob id vendito percipietur, in alios quàm deceat, expediatq; vſus, conuertatur; id mandamus, vt pretium ipſum penes idoneum virum deponatur; deinceps q; in emptionem bonorum immobilium, ſi quantitas pretij ad id ſufficiet, aliàs in reparationem Eccleſiæ, bonorumve ipſius, aut pro comparandis indumentis, aut vaſis, rebuſve alijs pro diuini cultus decore, aut ipſius Eccleſię ornamento, arbitrio Reuerendiſſimi pro tempore Archiepiſcopi Mediolanenſis conuertatur, ac diſtribuatur.

Inſuper nè fraus, damnumve ipſi Eccleſiæ in pretio, locove per quem aqua ducenda erit, facilè irrogari poſſit; id expreſsè prohibemus, nè contractus, cõuentiove aliqua ſuper pręmiſſis ipſiuſve pretij ſolutio integra, aut pro parte fiat, niſi coram Reuerendiſſimo pro tẽpore Archiepiſcopo Mediolanẽſi, eiuſve Vicario Generali, eove, qui ab ipſorum altero facultatem obtinuerit, vt ipſi contractui, conuentionive intereſſe poſſit.

Si ſecus factum fuerit, contractus, cõuentiove, nullus, nullave ſit; iſque præterea, qui agrum Eccleſiæ inconſulto Ordinario alienare pręſumpſerit, arbitrio ipſius Reuer. Archiep. puniatur.

Vt autem Decretum hoc noſtrum ad omnium, & ſingulorum notitiam, quorũ intereſt, aut intereſſe poterit, facilè peruenire poſſit; id volumus, vt ipſo in valuis Eccleſiæ Metropolitanæ, & Palatij Archiepiſ. Mediol. affixo, ipſiusq; copia ibi dimiſſa, ita omnes, & ſinguli in ipſo decreto comprehenſi afficiantur, & arctentur, ac ſi illis perſonaliter intimatum fuiſſet.

Dat. Mediol. in Palatio Archiepiſ. die 21. Auguſti. 1572.

Edictum contra concubinarios.

Carolus Borromæus miſeratione diuina S. R. E. Tit. ſanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Archiepiſcopus Mediolan.

PAſtoralis noſtri officij, ac vigilantiæ ratio poſtulat, vt qui noſtræ curæ traditi ſunt, eos, ſi qui ſunt, qui à recta, & chriſtiana viuendi via aberrantes, in vitiorum ſordibus viuunt, ab ea improbitate ad meliorem vitam, ab ini

quita-